1641 (15 juin)

Vnziesme Piece

PROPOSITIONES ALIQVOT,

excerptæ ex Libro qui inſcribitur

DE HIERARCHIA ET HIERARCHIS

LIB. IX.

A P. LVDOVICO CELLOTIO Pariſino, Soc. IESV *Theologo.*

Rothomagi, Apud Ioannem le Boullenger, propè Collegium Societatis IESV.
M. DC. XLI.
Permiſſu Superiorum.

Cum declaratione conceptis verbis ab Auctore circa eaſdem prolata.

PARISIIS,

Apud ROBERTVM FEVGE', in monte Diui Hilarij, ſub inſigni S. Sebaſtiani, propè Puteum Certum.

M. DC. XLI.

PROPOSITIONES ALIQVOT excerptæ ex Libro qui inſcribitur,

DE HIERARCHIA ET HIERARCHIS. LIB. IX.

A P. LVDOVICO CELLOTIO Pariſino, Soc. IESV *Theologo,*

Rhotomagi apud Ioannem le Boullenger, propè Collegium Societatis IESV. M. DC. XLI.
Permiſſu Superiorum.

Cum declaratione conceptis verbis ab Auctore circa eaſdem prolata.

LVDOVICVS CELLOTIVS è Societate IESV, Mentem ſuam declarat in quoſdam locos Operis ſui de HIERARCHIA ET HIERARCHIS.

I.
DE HIERARCHIA Eccleſiaſtica.

Ex lib. 3. c. 16. pag. 154. initio cap.

VNiuerſalem Eccleſiæ Hierarchiam *in ſtrictiore ſignificato* ſumptam, in tres partes, ſeu partiales Hierarchias diſtribuo; earúmque ſingulis tres gradus aſſigno. PRIMAM ET SVPREMAM CHARISMATVM, ſeu gratiarum gratuitarum; mediam Ordinis; infimam Iuriſdictionis appello. In prima Sanctitas eſt: In ſecunda Conſecratio: In tertia Miſſio. Prima dat authoritatem Excellentiæ; altera ſimplicitèr Poteſtatem, aut, (vt D. Thomas) Officium; vltima Iuriſdictionem.

I.

Lib. 3. c. 16. & ſeq.

QVOD *ſpectat ad Hierarchiæ diuiſionem, declaro, eam* Hierarchiam, *quam* Chariſmatum *appellaui*, NON ESSE PRIMAM ET SVPREMAM HIERARCHIAM, *in ratione Hierarchiæ. Imo etiam, quamuis in Hierarchia ſoleant eſſe Chariſmata, tamen in Chariſmatibus, aut ex Chariſmatibus per ſe & pracisè ſumptis, (hoc eſt, ſi is, qui habet Chariſmata, non habet Ordinem aliquem ex ſeptem vulgò dictis, vel Iuriſdictionem)* non eſſe Hierarchiam, niſi proüt Hierarchiæ nomen latè

Lib.7.Caput 1.*ſic inſcribitur p.*553.

Religioſos, *qua tales*, ad Ordinis Hierarchiam pertinere monſtratur.

*Lib.*8.*Cap.*1.*pag.*662. *circa finem.*

Sit illa denique, ſi vis, *Status Hierarchia*, nuncupatione à vitæ & conditionis profeſſione deducta, in qua Hierarcham videbis in ſtatu acquiſitæ, Religioſos in acquirendæ perfectionis: Doctores in ſtatu acquiſitæ perfectionis quoad intellectum.

*In fine Cap.*2.*pag.*664.

Quomodo *Hierarchicum* perficiendi, illuminandi, purgandi officium exequantur, ſi quæris; Reſpondebo id facere *doctrina, exemplo, merito.*

*Cap.*6.*pag.* 681. *circa finem.*

Prophetiam verò cum audis, & *Sapientiam* & *Linguas* & *Curationes*, & alia eiuſmodi, ab Ordine & Iuriſdictione *minimè* pendentia, NOLO SEQVIOREM SEXVM *excludas*, &c.

In Ptochodochiis frequentiſſimæ ſunt id genus opitulationes, & faciendis miraculis naturæ Domino *vterque ſexus miniſtrat.* Cur ergo *feminas* à gratiis, gratias à Hierarchiâ, QVIA DANTVR FEMINIS, abigamus?

*Cap.*14. *Pag.*701. *Circa finem.*

Doctores ſacros, ab Eccleſiaſticâ Hierarchiâ non eſſe extorres, ſed in eâ iure optimo conſtitui: eorum porrò Hierarchiam nullâ

& æquiuocè ſumitur.

neceſſitate

neceſſitate eſſe Ordinem, minus etiam Iuriſdictionem: Hanc igitur Chariſmatum.

Cap. 14. *pag.* 705. *circa mediam.*

Da, ſi vis Alcuinum, qui *à Prælato & ſaniore parte Capituli* pueros Grammaticis ſtudiis initiandos aſſumat, idque faciat, ad Eccleſiæ vtilitatem, & ædificationem, &c. Ei-ne legitimam auctoritatem, &c. denegabis? pro captu ergo & artis, & diſcipulorum ſuorum Hierarchiſat, eò vtiliùs, quò minùs ſpecioſè.

Cap. 15. *pag.* 706. *ſic inſcribitur.*

Hierarchiæ Chariſmatum tertius ordo, qui eſt Doctorum Canonici Iuris exponitur.

Lib. 9. *cap.* 1. *pag.* 757. *in medio.*

Qui autem Clericorum magis ſunt in ſtatu, quam qui ſe tribus, & nonnunquam pluribus votorum vinculis conſtrinxerunt, ne dimoueri poſſint? Qui magis ordinem ſequuntur, quam qui Ordinis nuncupationem ſortiti ſunt?

Lib. 9. *Cap.* 19. *pag.* 944. *circa medium.*

Quidni purgari & illuminari poſſit à ſubdito, à Religioſo, à Laïco Hierarcha?

DE ANGELICO IN CONficiendis Sacramentis & paſcendis hominibus miniſterio.

II.

Ex lib. 1. *cap.* 18. *pag.* 39. *&* 40.

VT *Angeli* comminiſtri ſint noſtri, operum duces, & perpetui in ſanctiſsimis illis myſteriis adiutores, vt ſequenti lib. videbimus: in quam Hierarchiæ ſanctitatis partem, aſſumptos ex hominibus, cœleſtes Hierarcha non vocat: Quare *actionibus Hierarchicis hominem Angelus antecellit.*

Lib. 2. *c.* 19. *pag.* 85. *in fine.*

Confirmata Angelis *Epiſcoporum & Sacerdotum* nuncupatione, quid apertius poſtulas *vt rem ipſam, & pro modo, munus & officium* aſſeram?

Cap. 20. *pag.* 90. *circa initium.*

Addo ex Apocalypſi aliud, etſi non eius roboris, non contemnendum tamen teſtimoniū. Mulier enixa fugit in ſolitudinem, vt ibi *paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.* Si mulier illa Eccleſia eſt, metu perſecutorum in deſertum abrepta, qui ſunt Paſtores eius futuri? an homines? At illi ipſi ſunt qui fugiunt, qui latent, qui paſcuntur. *Angeli* ergo, qui Mulieris partum rapiunt in cœlum, ijdem *matrem paſcunt.*

II.

L. 2. c. 19.

Vbi Angelos *appello* Epiſcopos & Sacerdotes, *non ſummo Epiſcoporum aut Sacerdotum nomen* ſtrictè ac propriè, *ſed tantum* latè & impropriè, *quod eo loco ſatis expreſſum putaui, his verbis*, confirmata Angelis Epiſcoporum & Sacerdotum nuncupatione, quid apertius poſtulas Lector, vt rem ipſam, & pro modo munus & officium aſſeram?

L. 1. c. vlt.

Hæc autem verba, Actionibus Hierarchicis hominem Angelus antecellit, *nolim* ſimpliciter *intelligi*, *quaſi Sacramentorum adminiſtratio ſit magis ab Angelo, quam ab homine, ſed tantum* ſecundum quid, *quia Angeli in ſanctiſſimis myſterijs homines adiuuant, faciuntque præſidijs ſuis vt ea illi rectè adminiſtrent, vt expreſſius dixi loco ante citato p.* 85.

DE COLLATIONE LEGIS Moſaïcæ cum Euangelica.

III.

Ex lib. 3. *cap.* 3. *pag.* 122. *poſt medium.*

VIdes Lector, quam honorifice de Lege loquatur cum Apoſtolo S. Auguſtinus, eamque non ſuo, ſed concupiſcentiæ vitio improbis obeſſe dicat, tantum ex accidenti, non *per ſe, & quantum in ſe eſt.* Perfici autem Dei gratia, non ab ipſa lege aliena, ex aliâ quâdam lege mutuo ſumpta; Sed *ipſi non minus quam Euangelio intrinſeca.*

III.

L. 3. *c.* 3. §. 7.

Cum dico Dei gratiam legi Moſaïcæ, non minus quam Euangelio intrinſecam. *Per* intrinſecam, *intellige* neceſſario adiunctam, *ſiue* neceſſariam, *adeo vt ſicut lex noua ſine Dei gratia impleri non poteſt, ita nec ſine ea impleri potuerit Lex Moſaïca, vt fusè diſputaui eodem lib. & cap.* §. 1. *pag.* 106. *&* 107. *Alioqui enim agnoſco, & Catholicam doctrinam eſſe dixi pag.* 105. totam gratiam quæ in Moſaica lege conceſſa fuit, profectam eſſe à Chriſti futuris in noua lege meritis, & ampliorem multo, potentioremque gratiam hominibus tribui in lege noua, quam olim data fuerit in lege Moſaïca, *quod conceptis verbis affirmo eadem diſput.* §. 5. *pag.* 120.

DE CONCILIORVM Oecumenicorum conuocatione.

IV.

Ex lib. 4. *cap.* 10. *pag.* 198. *circa finem.*

IV.

L. 4. c. 10.

CÆterum quod aliàs decreuerat Conſtantienſe Concilium, vt quoque decennio Synodus generalis conuocaretur, ad reformationem Eccleſiæ, tam in capite, quam in membris, *poſteritas malo ſuo experta, omiſit exequi*; memor Ariminenſis, Epheſinæ vtriuſque, quintæ, octauæ Synodorum antiquarum. *Et in margine habet*, Conciliorum generalium periculoſa conuocatio.

Conciliorum Generalium conuocationem *dixi* periculoſam, *intellige* aliquandò, *neque vero mihi mens vnquam fuit, conuocationem iſtam non eſſe ſæpenumero vtiliſſimam ac ſaluberrimam Eccleſiæ Dei, aut etiam non eſſe quandoque neceſſariam. Quinpotius vtrumque plane affirmo & profiteor. Nam ſi* Conciliorum Prouincialium maximam in Eccleſia vtilitatem *eſſe dixi*, *poſtea eodem lib. cap.*11.*p.*201. *Quanto potiori iure de Generalibus illud affirmandum eſt?*

DE AVCTORITATE Conciliorum & Pontificum.

V.

Ex lib. 4. *cap.* 12. *pag.* 208. *circa initium.*

SVpra vidimus publicam RECLAMANTIS ECCLESIÆ VOCEM PONTIFICVM ET CONCILIORVM DECRETIS ROBVR DETRAXISSE, quæ paſſiuæ infaillibilitatis pars eſt, & ſpecies.

V.

L.4. c. 12.

Quod dixi publicam reclamantis Eccleſiæ vocem Cōciliorum & Pontificum Decretis robur detraxiſſe, *ſic accipiendum eſt*, *vt primò per* Eccleſiam *intelligam* fidelium multitudinem per orbem diſperſam. 2 *Per* Decreta, *nolim ea intelligi Decreta*, *quæ ſunt* de rebus fidei, *ſed ea tantum quæ ſpectant* ad mores, *&* diſciplinam, *atque omninò ad res eas quæ pro diuerſis temporibus ac locis ſolent & poſſunt eſſe aliæ atque aliæ.* 3. *Per* DETRA-

CTVM

CTVM ROBVR, *nolim Conciliorum aut Summorum Pontificum auctoritatem & poteſtatem à fidelium per orbem diſperſorum arbitrio aut voluntate pendere, ſed tantum quandóque fieri, vt Conciliorum & Pontificum Summorum Decreta, ſicut vulgò dici ſolet, nō obligent* In actu ſecundo, *ſiue quia fideles tandē deſierint ea obſeruare, vſuſque contrarius paulatim introductus ac receptus fuerit, ſiue etiam quod fideles iuſtis & grauibus de cauſis ea nunquam receperint. Quæ omnia intelliguntur apertius ex doctrinâ à me traditâ eodem lib. c.* 10. *p.* 197. & 198. *quò locus iſte lectorem remittit.*

DE IVRISDICTIONE ET auctoritate quam tribuit Auctor Superioribus Regularium in Conciliis.

VI.

Ex lib. 4. *cap.* 5. *pag.* 177. *circa finem.*

QVoad Epiſcopos ſpectat, ſeu potius *Hierarchas,* (alios enim aliquos ipſis hac in prærogatiua coniungi dicturi ſumus inferius,) *eos ſolos cum Pontifice ius ſuffragij, & definiendi auctoritatem habere.*

Lib. 5. *c.* 14. *p.* 344. *circa initium.*

Tertium argumentum deduco *ex actibus Hierarchicis, quos in*

VI.

L. 5. c 14.

Abbates *& alij* Regularium Superiores, NON PER SE præcisè *& ex eo quod Regulari præſunt Ordini,* IVS HABENT ASSISTENDI, CONCILIIS, *atque in ijs deliberandi,* SED *iis aſſiſtunt atque in iis decernant* TANTVM EX PRIVILEGIO.

Conciliis Prouincialibus, generalibuſque exercent ab antiquo Abbates, & , ex quo Religioſi Mendicantes exorti ſunt, eorum Ordinum Generales. Nam ſi eos *iudicaſſe, decreuiſſe, ſubſcripſiſſe* monſtrauero, *licet aliquando ad Sacerdotij dignitatem eucƈti non eſſent,* EO TANTVM NOMINE QVOD ABBATES, SEV ARCHIMANDRITÆ MONASTERIIS PRÆESSENT, nonne cōfecero HIERARCHAS ESSE, ET QVIDEM EXIMIO POST EPISCOPOS GRADV? &c. Quid amplius habēt in Synodo Epiſcopi, quam vt ſedeant & ordinent?

Pag. 345. *in fine cap.* 14.

Sufficiunt opinor iſta, vt vel oſcitantia, vel ignorantia Doctoris Hallier reuincatur, qui docet *Monaſteriorum & integrorum etiam* Ordinū Præfectos, NON-NISI PECVLIARI PRIVILEGIO CONCILIIS OECVMENICIS INTERESSE.

DE PRIVILEGIIS Regularium.

VII.

Ex lib. 5. *cap.* 20. *pag.* 374.

HOrum igitur *operum Hierarchicorum*, ſi negetur facultas (*Mendicantibus*) *tolli etiam finem neceſſe eſt*: at fine ex rebus ablato, illam eiuſcemodi Religionū eſſentiā; *id eſt*, *Religiones ipſas* DELERI, ET DISSIPA-

VII.

L. 5. C. 20.

Ordinum Regularium Priuilegia, *quibus ſunt à Poteſtate & Iuriſdiƈtione Epiſcoporum exempti*, REVOCARI ET TOLLI POSSVNT, *& ita quidem vt iis* REVOCATIS ET SVBLATIS, ADHVC REMANERET

RI NECESSE EST. Dicā equidē quod ſentio, &c. talē ab Eccleſia Religionis formam potuiſſe non probari, atque inuehi, facilè concedo; Sed EAM QVÆ ALIENÆ SALVTI SERVIAT, SINE PRIVILEGIIS ERIGI POTVISSE, AVT ETIAM CVM ILLIS REVOCATIS CONSERVARI POSSE NVNQVAM MIHI PERSVADERE POTVI.

Cap. 22. pag. 393. circa initium.

Hæc enim ſic data poteſtas, (*Mendicātibus*) legitimo iudicio, interlocutionē Pontificis, & in Ius Canonicū relata, iam NON PRIVILEGIVM, SED IVS EST. Adeò vt verè ſe dicere poſſint, HABERE A IVRE POTESTATEM.

ESSENTIA ORDINVM REGVLARIVM, etiam Mendicantium & aliorum, qui per Sacrorum miniſteriū ALIENÆ SALVTI SERVIVNT. *Nō tamen id fieret ſine aliquâ eiuſmodi Ordinum imminutione & alteratione.*

DE APPROBATIONE ad confeſsiones excipiendas.

VIII.

Ex lib. 5. c. 24. p. 399. circa mediū.

NEque mihi à vero aberrare videntur ij, qui arbitrantur, *ſi quis bona fide in Confeſſarium eligat virum publicè notum, & pro ſufficiente habitum, quemque putet ad id muneris expoſitum eſſe, validè abſolui.* Quia communi arbitrio, & errore vulgi reputatur idoneus. Tunc enim *Pontifex in fauorem fidelium tacitè Iuriſdictionem concedere iudicatur.*

VIII.

L. 5. c. 14.

Dixi non videri mihi, à vero aberrare eos, qui arbitrantur ſi quis bonâ fide in Confeſſarium eligat virum publicè notum, & pro ſufficiente habitum, & quem putet ad id muneris expoſitum eſſe, eum validè abſolui, *quod intelligo de eo Confeſſario, quem Pœnitens putet ad id muneris* legitimè *expoſitum eſſe, quod hic confeſſiones audire ſoleat,* Or-

dinario ſciente & non repugnante. *Tunc enim Confeſſarius habet ab Ordinario* tacitam & virtualem approbationem, *etſi* non expreſſam & formalem.

DE APPROBATIONE Regularium ad Confeſſiones excipiendas.

IX.

Ex lib. 5. c. 24. pag. 400. in medio.

SI Sacerdotem præſentatum, aliàs doctrina, moribuſque idoneum, aut examinare Prælatus, adeoque approbare; aut etiã examinatum, item approbare recuſauerit, in vſu Tridentini quid fiet homine indignam paſſo repulſam? Aperta enim legis verba ſunt: *nullum poſſe, niſi approbationem obtineat reipſa*, &non priuilegio repulſæ aliunde accipiat. Diſtinctione hic vtendum arbitror, vt ſecularem à Religioſo ſeparemus. Nam illi puto interdici Confeſsionibus, ſi verè & actu approbatione priuetur. Id enim ius apertè ſic decernit, neque habet in alio loco & lege perfugium. *At Regularis Ordinum prædictorum, longe alia ratio eſt: cui ius antiquum Extrauagantium & Clementinæ dat, vt ſi fortè Prælati Fratribus electis & præſentatis licentiam exhibere*

IX.

L. 5. c. 24.

NON DEBENT, NEC POSSVNT Regulares, ſecularium Confeſsiones audire niſi approbationem ab Epiſcopo obtinuerint. *Aliud quidem dixi, auctores aliquos ſecutus, nunc autem volens ac lubens probo & amplector ſcriptum illud quod anno* 1633. *Die* 19. *Febr. tùm ex Ordinibus aliis tùm è Societate noſtrâ Superiores aliqui, Eminentiſsimo Cardinali Duci Richelio dederunt, nominibus ſyngraphiſque ſuis cõſignatum, atque inferius expreſſum, quod quidem ſcriptum nondùm mihi innotuerat, cùm meos de Hierarchia libros ſcripſi.*

NOVS *ſoubs-ſignez Religieux de diuers Ordres, tant en noſtre nom qu'au nom de tous les Religieux de nos Ordres en France, deſquels nous*

promettons

recuſarint, Pontifices ex tunc eam ipſis gratioſè concedant de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, &c. Itaque de iure iſto nouo deiectus, ad antiquum recurret, & ſibi approbationem, licentiam, iuriſdictionem conceſſam putabit à ſummo Pontifice, quam inferior Pontifex iniuſtè, vt quidem ponimus, recuſarit.

Cap. 25. pag. 402. poſt medium diſcernit Relig. Sacerdotem ab alio Sacerdote.

Si reddis incudi, ſi reuocas ad examen, ſi recoquis illa purgatoria fornace. Quem autem? Sacerdotem ſæcularem. Is ſi denuò ſatisfecerit, altiùs impreſſa eſt approbatio; non obliterabis. Quia teſtimonium veritati datum, perdurante obiecto perire non poteſt. Si prodiderit ignorantiam, ipſe ſe *de vitæ libro deleuit*; pronuncia teſtimonium errore datum fuiſſe, aut peritiam cui ante datum fuit euanuiſſe, deſinit eſſe approbatus. *De Religioſo* autem quid? *Non ita* mi Lector; Quãobrem? quia enim *SEMEL PRAESENTARI SVFFICIT.*

promettons de nous faire aduoüer : Recognoiſſons, QVE NOVS NE DEVONS, ET NE POVVONS preſcher la parole de Dieu dans aucun Dioceſe ſans l'approbation & licence de Noſſeigneurs les Ordinaires, leſquels nous adüoüons & recognoiſſons nous pouuoir examiner & reuoquer ladite licence quand bon leur ſemblera. Nous recognoiſſons auſſi que NOVS NE DEVONS NY POVVONS OVYR LES CONFESSIONS des perſonnes ſeculieres dans leurs Dioceſes SANS LEVR APPROBATION, laquelle ils peuuent reuoquer quand bon leur ſemblera pour incapacité notoire, ou ſcandale public : Et pour les autres cauſes qui pourroient ſuruenir importantes à vtilement & dignement adminiſtrer les Sacrements : Nous les ſupplions tres-humblement de ne les iuger qu'aprés auoir donné aduis au Superieur du ſubiect pour lequel ils meriteront eſtre reuoquez, afin que s'en eſtant enquis ils y donnent ordre comme nous eſperons qu'ils feront, & au cas qu'ils ne le faſſent Noſſeigneurs les Ordinaires y pourront pouruecir. Faict à Paris le dix-neufieſme Feurier 1633. Ce que deſſus a eſté faict & arreſté en la preſence de Monſeigneur le Cardinal de Richelieu, par nous ſoubſſignez.

Ieſuites.

Louys de la Salle. C. Maillant.

Mathurins.

Louys, General de tout l'Ordre de la Saincte Trinité de la Redemption des Captifs.

Carmes de la Place Maubert.

Iean Aulbin. E. Veſſier,

Iacobins de la ruë Sainct Iacques.

F. Gilles D'Amour, Prieur des Iacobins de ſainct Iacques.

Auguſtins du grand Conuent.

F. Auguſtin Carcat Prieur du grand Conuent des Auguſtins.

F. Claude Ozon Docteur, & Profeſſeur en Theologie.

Cordeliers.

F. Claude le Petit, Gardien des PP. Cordeliers de Paris.

F. M. Doles, Profeſſeur en Theologie.

F. I. Chaſtel, Docteur & Profeſſeur en Theologie.

Gouueau Procureur du grand Conuent des Cordeliers.

Carmes Deſchauſſez.

F. Bernard de Sainct Ioſeph, Prouincial des Carmes deſchaux de France. F. Seraphin de S. François Vicaire du Conuent des Carmes Deſchauſſez du fauxbourg S. Germain,

Iacobins Reformez du fauxbourg S. Honoré.

F. Iean Dominique Rey Prieur des FF. Preſcheurs du Fauxbourg S. Honoré. F. Pierre de Licques, Lecteur en Theologie du meſme Ordre.

Auguſtins Reformez du fauxbourg S. Germain.

F. Iacques Gombault Prieur des PP. Auguſtins Reformez du fauxbourg S. Germain les Paris.

F. Barthelemy Herueré.

Auguſtins Deſchauſſez.

F. Michel de ſaincte Paule Commiſſaire du Reuerend Pere Vicaire General des PP. Auguſtins Deſchauſſez en France.

F. Thomas de ſaincte Agathe, Prieur indigne des Auguſtins Deſchauſſez du Conuent de Paris.

F. Louys de ſaincte Marthe, Soubs-Prieur indigne.

F. Charles de ſaincte Praxede.

F. Matthieu de ſaincte Marguerite.

Feuillants.

F. Charles de S. Paul. F. Euſtache de S. Paul.

F. Iean de S. Martial. F. Iean de ſaincte Marie.

Minimes.

F. Anthoine du Bro, Prouincial des PP. Minimes en la Prouince de France. F. Pierre Flaſche Definiteur.

Recollects.

F. Ignace le Gault, Gardien des Recollects de Paris.

F. Antoine des Moynes Gardien des Recollects de S. Germain en Laye. F. Fulgence Fleury Vicaire du Conuent de S. Germain en Laye.

DE CHARISMATIBVS ad Epiſcopatum prærequiſitis.

X.

Lib. 8. *cap.* 13. *pag.* 701. *Initio.*

SVnt hæc igitur tùm *contemplationis*, tùm *actionis Hierarchicæ membra*, quorum meminiſſe debemus hoc loco, quod eſt alibì adnotatum, *Fundamentum, vim omnem, atque efficientiam in Dei vocatione & Chariſmatum communicatione conſiſtere.*

X.

L. 8. c. 13.

Hierarchiæ Ordinis & Iuriſdictionis fundamentũ, vim & efficientiam, in Dei vocatione & Chariſmatum communicatione *repono: non quod non poſſit aliquis ſine diuinâ Vocatione & Gratia, ad Ordinis & Iuriſdictionis Hierarchiam validè admitti, ſacroſque Ordines validè ſuſcipere & exercere, ſed tantum quòd non poſſit* licitè & debitè, *vt expreſsè dicitur lib.* 6. *c.* 2. *p.* 422. *lib.* 9. *c.* 20. *p.* 947. *& c.* 21. *p.* 950.

DOCTRINA MORVM à recentioribus ſumenda.

XI.

Ex lib. 8. cap. 16. §. pag. 714. Initio.

EX ijs qui recentiſſimè ſcripſerunt, Valerius Reginaldus viginti annos & amplius, ſe illam ſcientiam profeſſum, non tamen ſuam in multis, ſed potius aliorum ſententiam ſequi gloriatur: Et quidem recentiorum: *quoniam*, inquit, *quæ circa fidem emergunt difficultates, eæ ſunt à veteribus hauriendæ: quæ vero circa mores homine Chriſtiano dignos, à nouitijs ſcriptoribus, qui temporum noſtrorum naturam & ſtudia penitus introſpexerunt.*

Et in margine ſcribit. Doctrina morum à recentioribus ſumenda.

XI.

L. 8. c. 16. §. 2.

Ex Valerio Reginaldo refero, difficultates eas quæ circa mores homine Chriſtiano dignos emergunt, non tam à veteribus *Scriptoribus hauriendas eſſe quàm à* nouitiis, *qui temporum noſtrorum naturam & ſtudia penitus introſpexerunt. Verùm id imprimis Reginaldi eſt, & à me refertur tanquam Reginaldi. Deinde poteſt Reginaldus rectè ita intelligi, vt loquatur quidem de moribus honeſtis, laudabilibus, & homine Chriſtiano dignis, verum non eſſe de omnibus in vniuerſum, ſed tantum de ijs qui pro diuerſis temporibus & locis mutari poſſunt, ſicut etiam ſatis ipſe indicat his verbis,* qui temporum noſtrorum, &c.

DE PROMISSIONE Facta in Baptiſmo.

XII.

Lib. 9. cap. 15. pag. 913. poſt medium.

VErba *abrenuncio, volo, credo, PROMISSIONEM*

XII.

L. 9. c. 15.

Dixi in Baptiſmo, verba, Abrenuncio, Volo, Credo, *STRICTAM*

non important: quod SVSCEPTOR voto ſuo NESCIENTEM PVERVM ILLIGARE NON POSSIT.

STRICTAM non importare: Id verò intelligo de promiſſione votiua, *vt tertiâ poſt lineâ loquor, id eſt, quæ ſit per* votum ſtrictè & propriè *dictum, quod præcedente lineâ nominaui, alioqui enim AGNOSCO IN BAPTISMO, SVSCEPTORES PRO INFANTE VERE PROMITTERE, ET INFANTEM VBI RATIONIS VSVM HABVERIT TENERI EA PRAESTARE, QVAE SVSCEPTORES EIVS NOMINE PROMISERVNT.*

DE MEDIIS CLERO ad perfectionem neceſſarijs.

XIII.

Lib. 9. cap. 16. pag. 920. Initio.

Clerum ad magnam obligari perfectionem, *CVIVS MEDIA EX SE NON OBTINET SECVLARIS.*

Cap. 19. pag. 943. & 944.

Medium illud, acquirendæ perfectionis, à Religione ſtatui Hierarchico dicam communicari, &c. vnde aſſentiri non poſſum Franciſco Hallier vniuersè dicenti, Religioſos *bene agendi materiam aliundè accerſere, & ab Epiſcopali munere decerpere*: quod de exercenda perfectione tantum debet intelligi: cum potius ex aduerſo *Epiſcopi à Religioſæ vitæ exercitijs,*

XIII.

L. 9. c. 16.

Clerum *dixi ad* magnam obligari perfectionem, cuius media ex ſe non obtinet Sæcularis. *Id autem dixi* comparatè *ſolùm, non* abſolutè *prout inſtituta diſputatio requirebat, aliudque nihil volui, quàm* Sæculares *ex ſe*, pauciora & minus efficacia *habere* media, *quam* Regulares, *propter vota Regularium, & quod horum ſtatus ſit ab impedimentis remotior, vt patet locum totum perlegenti pag.* 919. *Nam ſi* abſolutè *& non per comparationem loquendum eſt, AGNOSCO*

priuatam perfectionem quo diximus modo *accerſant*, &c. Equidem Antonium non video, aut Benedictum, Romualdum aut Macarium, ex Epiſcopalibus muneribus, ſanctitatem ſuam emendicaſſe.

CIRCA DICTVM Apoſtoli, Chriſto proprium, Religioſo applicatum.

XIV.

Ex lib. 7 cap. 6. pag. 583. Poſt medium.

Hriſti figuram Monachus exprimens graphice, nobis apparet *ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus*, & POENITENTIBVS, vt Chriſtianæ legis Phariſæus, *qui non habet neceſſitatem quotidie priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre*, & Deo, hominibuſque ſupplicare, *hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo*, & in Dei familiam inter Therapeutas tradendo.

Heb. 7.

Pag. 588. *&* 589. §. 3.

Pœnitens ab Eccleſia pœnæ addicitur, vt ſuis & proprijs peccatis veniam emereatur: At Religioſus non ſuis tantum, *ſed MAXIME ALIENIS ſatisfactionem impendit ſuam, & OFFENSAS SECVLARIVM AEQVALI*, quantum hominibus fas eſt, SVPPLICIO IN SEMETIPSO VINDICAT,

NVLLVM ESSE STATVM CVI NON SVPPETANT MEDIA NECESSARIA ET SVFFICIENTIA; AD OBTINENDAM EAM PERFECTIONEN, AD QVAM OBLIGATVR.

XIV.

L. 7. c. 6. §. 1.

Quod dictum Apoſtoli Chriſto proprium, applicaui Religioſo imitatori Chriſti, his verbis. Chriſti figuram Monachus exprimens, graphicè nobis apparet ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus & pœnitentibus, vt Chriſtianæ legis Phariſæus, qui non habet neceſſitatem quotidie prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, & Deo hominibuſque ſupplicare, hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo, & in Dei familiam inter Terapeutas tradendo. *In primis applicationes quaſdam frequentèr in ſanctis Patribus legimus; neque ſuperbum eſt Religioſos cum Chriſto conferre, cum Deum ipſum audiamus dicentem*, Sancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum. *Et Chriſtum.*

&c. Parum hoc erat, niſi & eam in archetypo innocentiæ Chriſto Domino conſecraret,
Heb. 9. *qui ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Propter quod*
Heb. 13. *Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* Quod exemplum imitati Religioſi, ſecularibus delicijs renunciant, humanæ conſuetudini valedicunt, in ſolitudinem Monaſteriorum ſeſe abdunt, Apoſtolica exhortatione confirmati.
Ibid. *Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes*, &c. Itaque cum *OMNIS RELIGIOSI ACTIO HIERARCHICA SIT*, ET PVBLICO ECCLESIÆ FACTA NOMINE, NON CONTEMPLATIO TANTVM & horarũ perſolutio, & ſacrificiũ gratiam diuinam meretur omnibus, SED ETIAM IPSE OPERVM LABOR, ET VITÆ DVRITIES, QVÆDAM PVBLICA SATISFACTIO EST, *PRO SECVLARIVM VITIIS*, acceptatione congrua diuinæ pietati oblata.

Eſtote ergo perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt; *Item.* Ego dixi Dij eſtis. *Et quod ſoli Chriſto conuenit, Eccleſia omnibus Confeſſoribus Pontificibus applicat:* Tu es Sacerdos in æternum.

Vt autem piè intelligatur locus ille, conſideranda eſt accuratius diſputationis cauſa & materia. Quæritur vtrum Monachi ſint inter pœnitentes publicos quos vidit vetus Eccleſia, qui erant lapſi & facinoroſi. Dico ſtatum Religioſum æquè puris & integris mentibus conuenire, & quamplurimos è Religioſis non tam ſua illa grauia facinora, quam mundi peccata lugere.

Dicitur ergo Monachus, perpetuo apud S. Dionyſium Epitheto, ſanctus. *Adiunxi per ſenſum accommodationis*, innocens, impollutus, *reſpectu Pœnitentium publicorum, de quibus diſſerebam.* Segregatus à peccatoribus, (Publicis *ſcilicet*) Qui non habet neceſſitatem prius pro ſuis delictis offerre, & Deo ſupplicare, *hoc eſt, pro illis grauibus quæ ipſum faciant reum* pœnitentiæ publicæ: *hoc enim, ſi quid opus fuerat*, fecit ſemel offerendo ſeipſum in profeſſione, tanquam nouo Baptiſmo: *prateritorum peccatorum veniam*

conſecutus,vt habetur paulò poſt §. 2. *p.* 587.

Nuſquam verò à me vel dictum, vel cogitatum eſt, Religioſum peccata non habere expianda, ob quæ Deo ſupplicare debeat; Imò dicto §. 2. *p.* 586. *expreſſè demonſtro, quomodo* Religioſa vita; ſit ſtatus pœnitentiæ. *Pono pronuntiatum Catholicum*, Omnibus æque hominibus, licet non æqualiter, neceſſariam eſſe pœnitentiam, *& in particulari, Religioſum dico pag.* 587. Flere commiſſa, & veniam à diuina pietate lacrymis extundere, ſibi & alijs. §. *item* 3. *pag.* 588. *refero* Pœnitentiæ Sacramentum frequentiſſimè in Monaſterio iterari, quod pro materia, ſaltem remotiore, peccata deſiderat, non illa lethalia & grauia, ſed leuiora ſaltem, ſine quibus à Iuſtis non viuitur.

CONTRA DIGNITATEM Epiſcopalem & Clerum.

XV.

Ex lib. 9. pag. 947.

EAdem eſt Gratiani ſententia, ad quem lectorem remitto, deprehenſurum CRIMINIBVS NONNVLLIS INFAMEM AB EPISCOPATV PROCVL HABERI, NON VI STATVS IPSIVS,

XV.

L. 9. c. 20.

D*Ixi in diſpoſitione ſufficienti ad capeſſendum Epiſcopatum, hominem* CRIMINIBVS NONNVLLIS INFAMEM. EXCIDIT EA VOX, *INFAMEM*,

SED

SED OPTIMO ECCLESIÆ INSTITVTO, eximiam quantum quidem fieri poteſt ſanctitatem in miniſtris ſuis exigentis.

Ex lib. 3. cap. 17. pag. 159. medio.

Dicant amabo aduerſarij, *Presbyter & Diaconus*, vi Ordinis quam accipiant iuriſdictionem? in quos? Qualem? Ordinariam an extraordinariam? ex officio, an ex commiſſione? Illi inquam *Presbyteri qui ad Templa mane totum expectant dum locentur ad Sacrum faciendum?* cui ius dicunt? cui imperant? in quam ſublimi throno reſident?

Lib. 5. cap. 15. pag. 346. poſt medium.

Ille veſter qui Miſſæ ſuæ operam locat audituris quam magnus Imperator eſt?

Lib. 7. cap. 12. §. 3. pag. 630. in medio.

Regulares aſſero vita, moribus, Inſtitutis, *ad Eccleſiam* non habentem maculam neque rugam, & ſanctiſſimos eius Canones, *propius, quam ſeculares Clericos accedere; in Religioſorum Clauſtris, diſciplina, conſtitutionibus, aio veteris Eccleſiæ ſanctitatem, Canonum obſeruantiam, Concilijs donatum cœlitus ſpiritum, purius nobiliuſque quàm apud reliquos in ſeculo Clericos cuſtodiri.* Meus INCOGITANTI, *quam deleri volo, & reponi* (criminum quorumdam occultorum reum) ab Epiſcopatu remoueri: non vi ſtatus, ſed Eccleſiæ inſtituto. *Quod nolim ſic intelligi, quaſi ſpectatâ ſtatus Epiſcopalis dignitate, ſumma comparari non debeat innocentia, & perfectio, vt quis ritè decenterque conſecretur; vt oſtendi eodem c. pag. præcedenti 946. Verum id ſcripſi, ne quis arbitretur, ita neceſſario ad Epiſcopatum afferri debere innocentiã, vt ſine illa criminis alicuius etiam occulti reus, validè conſecrari non poſſit, quod veritati repugnat & fidei.*

Tantum porrò abeſt vt depreſſam vllâ ex parte, in meâ doctrinâ velim Epiſcopalem dignitatem, poteſtatem, & ſanctitatem, vt ſanctè poſſim affirmare, eam mihi ſemper mentem fuiſſe, eorum poteſtatem & amplitudinem demonſtrare, & quam ipſe veneror, alijs venerandam proponere: Quem ſenſum in eo Ordine cui Deo auctore deſeruio, religioſè conſeruari, & commendari admonui lib. 5. c. 25. pag. 444. Idem ſuo modo, de Clero Seculari iudicium ferri cupio, quem ex animo ſemper colui & honoraui; Quodque in commendationem ſtatus Regularis attuli, id in Clericorum Secularium

hic campus eſt: Expecto ſi quid contra audes.

Lib. 7. cap. 16. pag. 920. & 921.

Non iniuria quis poſſit dicere, *ſcriptas olim Clericis leges, à Religioſis accuratè ſeruari, quoniam illi de Religioſis facti ſunt ſeculares*, hi ſuis conſtricti regulis permanſerunt. Itaque in eodem vterque ſtadio currimus; ego ſolus, expeditus, alacer, *nuſquam à ſacra linea deflexus*, inter adhortantium fauores, plauſus æqualium, ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ vocationis: tu oneribus degrauatus, curis ſecularibus impeditus, turbarum frequentia retardatus, incertus viæ, ignarus periculi. Eandem vterque munditiem iubemur procurare: Ego ab omnibus rerum externarum ſordibus remotiſſimus, tu in luto & pice toto corpore volutatus. Ad eandem vterque pugnam ab iiſdem hoſtibus prouocamur; Ego fidelibus munitus armis, & vndique cataphractus progredior in campum, vim hoſtis habeo cognitã, artes perdidici, raro victus, ſæpe victor euaſi: tu latus nudas, cauere neſcis, ſæpe proſtratus, vulneribus exhauſtus, *vix vt poſſis ſperare, victoriam*: Ad idem in cœlo præmium inuitamur vterque: Ego callem obſcurum rimatus, viâ tenui & aſperâ, cum *depreſſionem referri nolo, cum ſua vtrique ſtatui, ſine altervtrius contemptu conſtet in Eccleſia dignitas, & coram Deo meritum.*

Quare lectorem in præfatione atque iterum in libri concluſione precatus ſum, & rogare nunquam deſinam ne contentionis & æmulationis, ſed charitatis ſtudio, ad hoc opus accedat. Et ſi quæ nonnunquam occurrent, verbis potius quam ſenſu & animo meo duriora, quod in illo ſcriptionis contentioſæ genere difficile eſt penitus euitare, Charitas quæ non cogitat malum, toleret. Interim, donec ipſe aliquando, ſi Deus dederit, in ſecunda editione recenſeam & mitigem. Actum Pariſiis anno 1641. die 29. Maij. Ludouicus Cellotius Soc. IESV,

Cum ſyngrapha.

paucis, ad anguſtam portam erepo, illa ſubeo nudus veſtibus, ieiunijs extenuatus, pœnitentiæ laboribus & lacrymis penè eliquatus; tu bene curato corpore, ſplendidè veſtitus latâ viâ, in multorum conſortio, ridens & hilaris, eo putas peruenire?

Cap. 23. pag. 960. & 961.

Qui Religionem vouet, ſuum ſibi quærere bonum, ſuam optare perfectionem, Deo pro peccatis ſuis ſatisfacere, ſecularium omnium curarum, bonorumque ſplendorem negligere, *abiectus eſſe in domo Dei ſui eligere, ſuam ſalutem cum timore & tremore operari velle cenſeatur. Quod in Epiſcopali munere non facilè aſſequetur,* vbi radios inſularum, throni celſitudinem, viſcus diuitiarum, adulationem aſſeclarum, epularum lautitiam, veſtium delicias reperturus eſt; & vt hæc omnia generoſé abdicet, TOTVS ALIORVM, *TOTVS SVBDITORVM HIERARCHA ERIT; neque ſe, niſi velut ſecundariò, & penè dicam indirectè, perficiet.*

Pag. 965.

Omnes, & omnia, & ipſam *Eccleſiam falli oportet, ſi melius in Religione quam in Epiſcopatu nihil eſt*, &c. Itaque cum omnia facundiæ cuiuſlibet vela fuerint expanſa, cum linguis hominum & Angelorum, ſtatus Epiſcopa-

lis penè ſupra quidquid in cœlo & terra humanum eſt iure fuerit elatus, hoc tantum ſubijciam. *Atqui ab illo venitur ad Clauſtrum.*

EXTRACTUM ex monumentis Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſ. per me infrà ſcriptum Maiorem Apparitorem & Scribam eiuſdem, in quibus huiuſmodi excerpta ſimul & ipſum Declarationis autographum Authoris manu ſubſcriptum aſſeruantur, die 15. Iunij 1641.

DE MANDATO DD. DECANI ET MAGISTRORUM PRAEFATAE FACULTATIS SACRAE THEOLOGIAE PARIS.

PH. BOUVOT.

Case
Wing
folio
.Z
147
.A1
v.1
no.44

THE NEWBERRY LIBRARY

Duplicate – Not catalogued
155

PROPOSITIONES ALIQVOT

excerptæ ex Libro qui inſcribitur

DE HIERARCHIA ET HIERARCHIS

LIB. IX.

A P. LVDOVICO CELLOTIO Pariſino, Soc. IESV *Theologo.*

Rothomagi, Apud Ioannem le Boullenger, propè Collegium Societatis IESV.
M. DC. XLI.
Permiſſu Superiorum.

Cum declaratione conceptis verbis ab Auctore circa eaſdem prolata.

PARISIIS,
Apud ROBERTVM FEVGE', in monte Diui Hilarij, ſub inſigni S. Sebaſtiani, propè Puteum Certum.

M. DC. XLI.

PROPOSITIONES ALIQVOT excerptæ ex Libro qui inſcribitur,

DE HIERARCHIA ET HIERARCHIS. LIB IX.

A P. LVDOVICO CELLOTIO Pariſino, Soc. IESV *Theologo,*

Rhotomagi apud Ioannem le Boullenger, propè Collegium Societatis IESV M. DC. XLI. Permiſſu Superiorum.

Cum declaratione conceptis verbis ab Auctore circa eaſdem prolata.

I.

DE HIERARCHIA Eccleſiaſtica.

Ex lib.3.c.16.pag.154. initio cap.

VNiuerſalem Eccleſiæ Hierarchiam *in ſtrictiore ſignificato* ſumptam, in tres partes, ſeu partiales Hierarchias diſtribuo; earúmque ſingulis tres gradus aſſigno. PRIMAM ET SVPREMAM CHARISMATVM, ſeu gratiarum gratuitarum; mediam Ordinis; infimam Iurſdictionis appello. In prima Sanctitas eſt: In ſecunda Conſecratio: In tertia Miſſio. Prima dat authoritatem Excellentiæ; altera ſimplicitèr Poteſtatem, aut, (vt D. Thomas) Officium; vltima Iuriſdictionem.

LVDOVICVS CELLOTIVS è Societate IESV, Mentem ſuam declarat in quoſdam locos Operis ſui de HIERARCHIA ET HIERARCHIS.

I.

Lib.3.c.16. & ſeq.

Q*VOD ſpectat ad Hierarchiæ diuiſionem, declaro, eam* Hierarchiam, *quam* Chariſmatum *appellaui*, NON ESSE PRIMAM ET SVPREMAM HIERARCHIAM, *in ratione Hierarchiæ. Imo etiam, quamuis in Hierarchia ſoleant eſſe Chariſmata, tamen in Chariſmatibus, aut ex Chariſmatibus per ſe & præcisè ſumptis, (hoc eſt, ſi is, qui habet Chariſmata, non habet Ordinem aliquem ex ſeptem vulgò dictis, vel Iuriſdictionem)* non eſſe Hierarchiam, niſi proüt Hierarchiæ nomen latè

Lib.7. Caput 1. *ſic inſcribitur p.* 553.

Religioſos, *quæ tales*, ad Ordinis Hierarchiam pertinere monſtratur.

Lib. 8. *Cap.* 1. *pag.* 662. *circa finem.*

Sit illa denique, ſi vis, *Status Hierarchia*, nuncupatione à vitæ & conditionis profeſſione deducta, in qua Hierarcham videbis in ſtatu acquiſitæ, Religioſos in acquirendæ perfectionis: Doctores in ſtatu acquiſitæ perfectionis quoad intellectum.

In fine Cap. 2. *pag.* 664.

Quomodo *Hierarchicum* perficiendi, illuminandi, purgandi officium exequantur, ſi quæris; Reſpondebo id facere *doctrina, exemplo, merito.*

Cap. 6. *pag.* 681. *circa finem.*

Prophetiam verò cum audis, & *Sapientiam* & *Linguas* & *Curationes*, & alia eiuſmodi, ab Ordine & Iuriſdictione *minimè* pendentia, NOLO SEQVIOREM SEXVM *excludas*, &c.

In Ptochodochiis frequentiſſimæ ſunt id genus opitulationes, & faciendis miraculis naturæ Domino *vterque ſexus miniſtrat.* Cur ergo *feminas* à gratiis, gratias à Hierarchiâ, QVIA DANTVR FEMINIS, abigamus?

Cap. 14. *Pag.* 701. *Circa finem.*

Doctores ſacros, ab Eccleſiaſticâ Hierarchiâ non eſſe extorres, ſed in eâ iure optimo conſtitui: eorum porrò Hierarchiam nullâ

necesſitate & æquiuocè ſumitur.

neceſſitate eſſe Ordinem, minus etiam Iuriſdictionem: Hanc igitur Chariſmatum.

Cap. 14. pag. 705. circa medium.

Da, ſi vis Alcuinum, qui *à Prælato & ſaniore parte Capituli* pueros Grammaticis ſtudiis initiandos aſſumat, idque faciat, ad Eccleſiæ vtilitatem, & ædificationem, &c. Ei-ne legitimam auctoritatem, &c. denegabis? pro captu ergo & artis, & diſcipulorum ſuorum Hierarchiſat, eò vtiliùs, quò minùs ſpecioſè.

Cap. 15. pag. 706. ſic inſcribitur.

Hierarchiæ Chariſmatum tertius ordo, qui eſt Doctorum Canonici Iuris exponitur.

Lib. 9. cap. 1. pag. 757. in medio.

Qui autem Clericorum magis ſunt in ſtatu, quam qui ſe tribus, & nonnunquam pluribus votorum vinculis conſtrinxerunt, ne dimoueri poſſint? Qui magis ordinem ſequuntur, quam qui Ordinis nuncupationem ſortiti ſunt?

Lib. 9. Cap. 19. pag. 944. circa medium.

Quidni purgari & illuminari poſſit à ſubdito, à Religioſo, à Laïco Hierarcha?

DE ANGELICO IN CONficiendis Sacramentis & paſcendis hominibus miniſterio.

II.

Ex lib. 1. *cap.* 18. *pag.* 39. & 40.

VT *Angeli* comminiſtri ſint noſtri, operum duces, & perpetui in ſanctiſsimis illis myſteriis adiutores, vt ſequenti lib. videbimus: in quam Hierarchiæ ſanctitatis partem, aſſumptos ex hominibus, cœleſtes Hierarcha non vocat: Quare *actionibus Hierarchicis hominem Angelus antecellit.*

*Lib.*2.*c.*19.*pag.*85. *in fine.*

Confirmata Angelis *Epiſcoporum & Sacerdotum* nuncupatione, quid apertius poſtulas *vt rem ipſam, & pro modo, munus & officium* afferam?

*Cap.*20.*pag.* 90. *circa initium.*

Addo ex Apocalypſi aliud, etſi non eius roboris, non contemnendum tamen teſtimoniũ. Mulier enixa fugit in ſolitudinem, vt ibi *paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.* Si mulier illa Eccleſia eſt, metu perſecutorum in deſertum abrepta, qui ſunt Paſtores eius futuri? an homines? At illi ipſi ſunt qui fugiunt, qui latent, qui paſcuntur. *Angeli* ergo, qui Mulieris partum rapiunt in cœlum, ijdem *matrem paſcunt.*

II.

L. 2. c. 19.

Vbi Angelos *appello* Epiſcopos & Sacerdotes, *non ſummo Epiſcoporum aut Sacerdotum nomen* ſtrictè ac propriè, *ſed tantum* latè & impropriè, *quod eo loco ſatis expreſſum putaui, his verbis*, confirmata Angelis Epiſcoporum & Sacerdotum nuncupatione, quid apertius poſtulas Lector, vt rem ipſam, & pro modo munus & officium afferam?

L. 1. c. vlt.

Hæc autem verba, Actionibus Hierarchicis hominem Angelus antecellit, *nolim* ſimpliciter *intelligi, quaſi Sacramentorum adminiſtratio ſit magis ab Angelo, quam ab homine, ſed tantum* ſecundum quid, *quia Angeli in ſanctiſſimis myſteriis homines adiuuant, faciuntque præſidiis ſuis vt ea illi recte adminiſtrent, vt expreſſius dixi loco ante citato. p.* 85.

DE COLLATIONE LEGIS Moſaïcæ cum Euangelica.

III.

Ex lib.3. cap. 3. pag. 122. poſt medium.

Vides Lector, quam honorifice de Lege loquatur cum Apoſtolo S. Auguſtinus, eamque non ſuo, ſed concupiſcentiæ vitio improbis obeſſe dicat, tantum ex accidenti, non *per ſe, & quantum in ſe eſt.* Perfici autem Dei gratia, non ab ipſa lege aliena, ex aliâ quâdam lege mutuo ſumpta; Sed *ipſi non minus quam Euangelio intrinſeca.*

III.

L. 3. c. 3. §. 7.

Cum dico Dei gratiam legi Moſaïcæ, non minus quam Euangelio intrinſecam. *Per* intrinſecam, *intellige* neceſſario adiunctam, *ſiue* neceſſariam, *adeo vt ſicut lex noua ſine Dei gratia impleri non poteſt, ita nec ſine ea impleri potuerit Lex Moſaïca, vt fusè diſputaui eodem lib. & cap. §. 1. pag. 106. & 107. Alioqui enim agnoſco, & Catholicam doctrinam eſſe dixi pag.* 105. totam gratiam quæ in Moſaica lege conceſſa fuit, profectam eſſe à Chriſti futuris in noua lege meritis, & ampliorem multo, potentioremque gratiam hominibus tribui in lege noua, quam olim data fuerit in lege Moſaïca, *quod conceptis verbis affirmo eadem diſput. §. 5. pag.* 120.

DE CONCILIORVM Oecumenicorum conuocatione.

IV.

Ex lib. 4. cap. 10. pag. 198. circa finem.

IV.

L. 4. c. 10.

CÆterum quod aliàs decreuerat Conſtantienſe Concilium, vt quoque decennio Synodus generalis conuocaretur, ad reformationem Eccleſiæ, tam in capite, quam in membris, *poſteritas malo ſuo experta, omiſit exequi*; memor Ariminenſis, Epheſinæ vtriuſque, quintæ, octauæ Synodorum antiquarum. *Et in margine habet*, Conciliorum generalium periculoſa conuocatio.

Conciliorum Generalium conuocationem *dixi* periculoſam, *intellige* aliquandò, *neque vero mihi mens vnquam fuit, conuocationem iſtam non eſſe ſæpenumero vtiliſſimam ac ſaluberrimam Eccleſiæ Dei, aut etiam non eſſe quandoque neceſſariam. Quinpotius vtrumque planè affirmo & profiteor. Nam ſi* Conciliorum Prouincialium maximam in Eccleſia vtilitatem *eſſe dixi, poſteà eodem lib. cap.* 11. *p.* 201. *Quanto potiori iure de Generalibus illud affirmandum eſt?*

DE AVCTORITATE Conciliorum & Pontificum.

V.

Ex lib. 4. *cap.* 12. *pag.* 208. *circa initium.*

SVpra vidimus publicam RECLAMANTIS ECCLESIÆ VOCEM PONTIFICVM ET CONCILIORVM DECRETIS ROBVR DETRAXISSE, quæ paſſiuæ infaillibilitatis pars eſt, & ſpecies.

V.

L. 4. c. 12.

Quod dixi publicam reclamantis Eccleſiæ vocem Cōciliorum & Pontificum Decretis robur detraxiſſe, *ſic accipiendum eſt, vt primò per* Eccleſiam *intelligam* fidelium multitudinem per orbem diſperſam. 2 *Per* Decreta, *nolim ea intelligi Decreta, quæ ſunt* de rebus fidei, *ſed ea tantum quæ ſpectant* ad mores, *&* diſciplinam, *atque omninò ad res eas quæ pro diuerſis temporibus ac locis ſolent & poſſunt eſſe aliæ atque aliæ.* 3. *Per* DETRA-

CTVM ROBVR, *volim Conciliorum aut Summorum Pontificum auctoritatem & poteſtatem à fidelium per orbem diſperſorum arbitrio aut voluntate pendere, ſed tantum quandóque fieri, vt Conciliorum & Pontificum Summorum Decreta, ſicut vulgò dici ſolet, nō obligent* In actu ſecundo, *ſiue quia fideles tandē deſierint ea obſeruare, vſuſque contrarius paulatim introductus ac receptus fuerit, ſiue etiam quod fideles iuſtis & grauibus de cauſis ea nunquam receperint. Quæ omnia intelliguntur apertius ex doctrinâ à me traditâ eodem lib. c.* 10. *p.* 197. *&* 198. *quò locus iſte lectorem remittit.*

DE IVRISDICTIONE ET auctoritate quam tribuit Auctor Superioribus Regularium in Conciliis.

VI.

Ex lib. 4. *cap.* 5. *pag.* 177. *circa finem.*

QVoad Epiſcopos ſpectat, ſeu potius *Hierarchas*, (alios enim aliquos ipſis hac in prærogatiua coniungi dicturi ſumus inferius,) *eos ſolos cum Pontifice ius ſuffragij, & definiendi auctoritatem habere.*

Lib. 5. *c.* 14. *p.* 344. *circa initium.*

Tertium argumentum deduco *ex actibus Hierarchicis, quos in*

VI.

L. 5. c 14.

Abbates *& alij* Regularium Superiores, NON PER SE præcisè *& ex eo quod Regulari præſunt Ordini*, IVS HABENT ASSISTENDI CONCILIIS, *atque in ijs deliberandi*, SED *iis aſſiſtunt atque in iis decernunt* TANTVM EX PRIVILEGIO.

Conciliis Prouincialibus, generalibuſque exercent ab antiquo Abbates, & ex quo Religioſi Mendicantes exorti ſunt, eorum Ordinum Generales. Nam ſi eos *iudicaſſe, decreuiſſe, ſubſcripſiſſe* monſtrauero, *licet aliquando ad Sacerdotij dignitatem euecti non eſſent*, EO TANTVM NOMINE QVOD ABBATES, SEV ARCHIMANDRITÆ MONASTERIIS PRÆESSENT, nonne cõfecero HIERARCHAS ESSE, ET QVIDEM EXIMIO POST EPISCOPOS GRADV? &c. Quid amplius habẽt in Synodo Epiſcopi, quam vt ſedeant & ordinent?

Pag. 345. *in fine cap.* 14.

Sufficiunt opinor iſta, vt vel oſcitantia, vel ignorantia Doctoris Hallier reuincatur, qui docet *Monaſteriorum & integrorum etiam* Ordinũ Præfectos, NONNISI PECVLIARI PRIVILEGIO CONCILIIS OECVMENICIS INTERESSE.

DE PRIVILEGIIS Regularium.

VII.

Ex lib. 5. *cap.* 20. *pag.* 374.

HOrum igitur *operum Hierarchicorum*, ſi negetur facultas (*Mendicantibus*) *tolli etiam finem neceſſe eſt*: at fine ex rebus ablato, illam eiuſcemodi Religionũ eſſentiã; *id eſt*, *Religiones ipſas* DELERI, ET DISSIPA-

VII.

L. 5. c. 20.

Ordinum Regularium Priuilegia, *quibus ſunt à Poteſtate & Iuriſdictione Epiſcoporum exempti*, REVOCARI ET TOLLI POSSVNT, *& ita quidem vt iis* REVOCATIS ET SVBLATIS, ADHVC REMANERET

RI NECESSE EST. Dicã equi dẽ quod ſentio, &c. talẽ ab Eccleſia Religionis formam potuiſſe non probari, atque inuehi, facilè concedo; Sed EAM QVÆ ALIENÆ SALVTI SERVIAT, SINE PRIVILEGIIS ERIGI POTVISSE; AVT ETIAM CVM ILLIS REVOCATIS CONSERVARI POSSE NVNQVAM MIHI PERSVADERE POTVI.

Cap. 22. pag. 393. circa initium.

Hæc enim ſic data poteſtas, (*Mendicãtibus*) legitimo iudicio, interlocutione Pontificis, & in Ius Canonicũ relata, iam NON PRIVILEGIVM, SED IVS EST. Adeò vt verè ſe dicere poſſint, HABERE A IVRE POTESTATEM.

ESSENTIA ORDINVM REGVLARIVM, etiam Mendicantium & aliorum, qui per Sacrorum miniſteriũ ALIENÆ SALVTI SERVIVNT. *Nõ tamen id fieret ſine aliquâ eiuſmodi Ordinum imminutione & alteratione.*

DE APPROBATIONE ad confeſsiones excipiendas.

VIII.

Ex lib. 5. c. 24. p. 399. circa mediũ.

NEque mihi à vero aberrare videntur ij, qui arbitrantur, *ſi quis bona fide in Confeſſarium eligat virum publicè notum, & pro ſufficiente habitum, quemque putet ad id muneris expoſitum eſſe, validè abſolui.* Quia communi arbitrio, & errore vulgi reputatur idoneus. Tunc enim *Pontifex in fauorem fidelium tacitè Iuriſdictionem concedere indicatur.*

VIII.

L. 5. c. 14.

Dixi non videri mihi, à vero aberrare eos, qui arbitrantur ſi quis bonâ fide in Confeſſarium eligat virum publicè notum, & pro ſufficiente habitum, & quem putet ad id muneris expoſitum eſſe, eum validè abſolui, *quod intelligo de eo Confeſſario, quem Pœnitens putet ad id muneris* legitimè *expoſitum eſſe, quod hic confeſsiones audire ſoleat,* Or-

dinario ſciente & non repugnante. *Tunc enim Confeſſarius habet ab Ordinario* tacitam & virtualem approbationem, *etſi* non expreſſam & formalem.

DE APPROBATIONE Regularium ad Confeſſiones excipiendas.

IX.

Ex lib. 5. *c.* 24. *pag.* 400. *in medio.*

SI Sacerdotem præſentatum, aliàs doctrina, moribuſque idoneum, aut examinare Prælatus, adeoque approbare; aut etiã examinatum, item approbare recuſauerit, in vſu Tridentini quid fiet homine indignam paſſo repulſam? Aperta enim legis verba ſunt: *nullum poſſe, niſi approbationem obtineat, reipſa,* &non priuilegio repulſæ aliunde accipiat. Diſtinctione hic vtendum arbitror, vt ſecularem à Religioſo ſeparemus. Nam illi puto interdici Confeſsionibus, ſi verè & actu approbatione priuetur. Id enim ius apertè ſic decernit, neque habet in alio loco & lege perfugium. *At Regularis Ordinum prædictorum, longe alia ratio eſt; cui ius antiquum Extrauagantium & Clementinæ dat, vt ſi fortè Prælati Fratribus electis & præſentatis licentiam exhibere*

IX.

L. 5. c. 24.

NON DEBENT, NEC POSSVNT Regulares, ſecularium Confeſsiones audire niſi approbationem ab Epiſcopo obtinuerint. *Aliud quidem dixi, auctores aliquos ſecutus, nunc autem volens ac lubens probo & amplector ſcriptum illud quod anno* 1633. *Die* 19. *Febr. tùm ex Ordinibus aliis tùm è Societate noſtrâ Superiores aliqui, Eminentiſſimo Cardinali Duci Richeliô dederunt, nominibus ſyngraphiſque ſuis cõſignatum, atque inferius expreſſum, quod quidem ſcriptum nondùm mihi innotuerat, cùm meos de Hierarchia libros ſcripſi.*

NOVS *ſoubs-ſignez Religieux de diuers Ordres, tant en noſtre nom qu'au nom de tous les Religieux de nos Ordres en France, deſquels nous promettons*

recuſarint, Pontifices ex tunc tam ipſis gratioſè concedant de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, &c. Itaque de iure iſto nouo deiectus, ad antiquum recurret, & ſibi approbationem, licentiam, iuriſdictionem conceſſam putabit à ſummo Pontifice, quam inferior Pontifex iniuſtè, vt quidem ponimus, recuſarit.

Cap. 25. pag. 402. poſt medium diſcernit Relig. Sacerdotem ab alio Sacerdote.

Si reddis incudi, ſi reuocas ad examen, ſi recoquis illa purgatoria fornace. Quem autem? Sacerdotem ſæcularem. Is ſi denuò ſatisfecerit, altiùs impreſſa eſt approbatio; non obliterabis. Quia teſtimonium veritati datum, perdurante obiecto perire non poteſt. Si prodiderit ignorantiam, ipſe ſe *de vitæ libro deleuit*; pronuncia teſtimonium errore datum fuiſſe, aut peritiam cui ante datum fuit euanuiſſe, deſinit eſſe approbatus. *De Religioſo* autem quid? *Non ita* mi Lector; Quãobrem? quia enim *SEMEL PRAESENTARI SVFFICIT.*

premettons de nous faire aduoüer : Recognoiſſons, QVE NOVS NE DEVONS, ET NE POVVONS preſcher la parole de Dieu dans aucun Dioceſe ſans l'approbation & licence de Noſſeigneurs les Ordinaires, leſquels nous aduoüons & recognoiſſons nous pouuoir examiner & reuoquer ladite licence quand bon leur ſemblera. Nous recognoiſſons auſſi que NOVS NE DEVONS NY POVVONS OVYR LES CONFESSIONS des perſonnes ſeculieres dans leurs Dioceſes SANS LEVR APPROBATION, laquelle ils peuuent reuoquer quand bon leur ſemblera pour incapacité notoire, ou ſcandale public : Et pour les autres cauſes qui pourroient ſuruenir importantes à vtilement & dignement adminiſtrer les Sacrements : Nous les ſupplions tres-humblement de ne les iuger qu'aprés auoir donné aduis au Superieur du ſubiect pour lequel ils meriteront eſtre reuoquez, afin que s'en eſtant enquis ils y donnent ordre comme nous eſperons qu'ils feront, & au cas qu'ils ne le faſſent Noſſeigneurs les Ordinaires y pourront pourueoir. Faict à Paris le dix-neufieſme Feurier 1633. *Ce que deſſus a eſté faict & arreſté en la preſence de Monſeigneur le Cardinal de Richelieu, par nous ſoubsſignez.*

Ieſuites.

Louys de la Salle. C. Maillant.

Mathurins.

Louys, General de tout l'Ordre de la Saincte Trinité de la Redemption des Captifs.

Carmes de la Place Maubert.

Iean Aulbin. E. Veſſier,

Iacobins de la ruë Sainct Iacques.

F. Gilles D'Amour, Prieur des Iacobins de ſainct Iacques.

Auguſtins du grand Conuent.

F. Auguſtin Carcat Prieur du grand Conuent des Auguſtins.

F. Claude Ozon Docteur, & Profeſſeur en Theologie.

Cordeliers.

F. Claude le Petit, Gardien des PP. Cordeliers de Paris.

F. M. Doles, Profeſſeur en Theologie.

F. I. Chaſtel, Docteur & Profeſſeur en Theologie.

Gouueau Procureur du grand Conuent des Cordeliers.

Carmes Deſchauſſez.

F. Bernard de Sainct Ioſeph, Prouincial des Carmes deſchaux de France. F. Seraphin de S. François Vicaire du Conuent des Carmes Deſchauſſez du fauxbourg S. Germain,

Iacobins Reformez du fauxbourg S. Honoré.

F. Iean Dominique Rey Prieur des FF. Preſcheurs du Fauxbourg S. Honoré. F. Pierre de Licques, Lecteur en Theologie du meſme Ordre.

Auguſtins Reformez du fauxbourg S. Germain.

F. Iacques Gombault Prieur des PP. Auguſtins Reformez du fauxbourg S. Germain les Paris.

F. Barthelemy Herueré.

Auguſtins Deſchauſſez.

F. Michel de ſaincte Paule Commiſſaire du Reuerend Pere Vicaire General des PP. Auguſtins Deſchauſſez en France.

F. Thomas de ſaincte Agathe, Prieur indigne des Auguſtins Deſchauſſez du Conuent de Paris.

F. Louys de ſaincte Marthe, Soubs-Prieur indigne.

F. Charles de ſaincte Praxede.

F. Matthieu de ſaincte Marguerite.

Feuillants.

F. Charles de S. Paul. F. Euſtache de S. Paul.

F. Iean de S. Martial. F. Iean de ſaincte Marie.

Minimes.

F. Anthoine du Bro, Prouincial des PP. Minimes en la Prouince de France. F. Pierre Flaſche Definiteur.

Recollects.

F. Ignace le Gault, Gardien des Recollects de Paris.

F. Antoine des Moynes Gardien des Recollects de S. Germain en Laye. F. Fulgence Fleury Vicaire du Conuent de S. Germain en Laye.

DE CHARISMATIBVS ad Epiſcopatum prærequiſitis.

X.

Lib. 8. cap. 13. pag. 701. Initio.

SVnt hæc igitur tùm *contemplationis*, tùm *actionis Hierarchicæ membra*, quorum meminiſſe debemus hoc loco, quod eſt alibì adnotatum, *Fundamentum, vim omnem, atque efficientiam in Dei vocatione & Chariſmatum communicatione conſiſtere.*

X.

L. 8. c. 13.

Hierarchiæ Ordinis & Iuriſdictionis fundamentũ, vim & efficientiam, in Dei vocatione & Chariſmatum communicatione *repono: non quod non poſſit aliquis ſine diuinâ Vocatione & Gratia, ad Ordinis & Iuriſdictionis Hierarchiam validè admitti, ſacroſque Ordines validè ſuſcipere & exercere, ſed tantum quòd non poſſit* licitè & debitè, *vt expreſsè dicitur lib. 6. c. 2. p. 422. lib. 9. c. 20. p. 947. & c. 21. p. 950.*

DOCTRINA MORVM à recentioribus ſumenda.

XI.

Ex lib. 8. cap. 16. §. pag. 714. Initio.

EX ijs qui recentiſſimè ſcripſerunt, Valerius Reginaldus viginti annos & amplius, ſe illam ſcientiam profeſſum, non tamen ſuam in multis, ſed potius aliorum ſententiam ſequi gloriatur: Et quidem recentiorum: *quoniam*, inquit, *quæ circa fidem emergunt difficultates, eæ ſunt à veteribus hauriendæ: quæ vero circa mores homine Chriſtiano dignos, à nouitijs ſcriptoribus, qui temporum noſtrorum naturam & ſtudia penitus introſpexerunt.*

Et in margine ſcribit. Doctrina morum à recentioribus ſumenda.

XI.

L. 8. c. 16. §. 2.

Ex Valerio Reginaldo refero, difficultates eas quæ circa mores homine Chriſtiano dignos emergunt, non tam à veteribus *Scriptoribus hauriendas eſſe quàm à* nouitiis, *qui temporum noſtrorum naturam & ſtudia penitus introſpexerunt. Verùm id imprimis Reginaldi eſt, & à me refertur tanquam Reginaldi. Deinde poteſt Reginaldus rectè ita intelligi, vt loquatur quidem de moribus honeſtis, laudabilibus, & homine Chriſtiano dignis, verum non eſſe de omnibus in vniuerſum, ſed tantum de ijs qui pro diuerſis temporibus & locis mutari poſſunt, ſicut etiam ſatis ipſe indicat his verbis,* qui temporum noſtrorum, &c.

DE PROMISSIONE Facta in Baptiſmo.

XII.

Lib. 9. cap. 15 pag. 913. poſt medium.

VErba *abrenuncio, volo, credo, PROMISSIONEM* ſtrictam,

XII.

L. 9. c. 15.

Dixi in Baptiſmo, verba, Abrenuncio, Volo, Credo, promiſſionem *STRICTAM*

non important : quod SVSCEPTOR voto ſuo NESCIENTEM PVERVM ILLIGARE NON POSSIT.

STRICTAM non importare: Id verò intelligo de promiſſione votiua, *vt tertiâ poſt lineâ loquor, id eſt, quæ ſit per* votum ſtrictè & propriè *dictum, quod præcedente lineâ nominaui, alioqui enim AGNOSCO IN BAPTISMO, SVSCEPTORES PRO INFANTE VERE PROMITTERE, ET INFANTEM VBI RATIONIS VSVM HABVERIT TENERI EA PRAESTARE, QVAE SVSCEPTORES EIVS NOMINE PROMISERVNT.*

DE MEDIIS CLERO ad perfectionem neceſſarijs.

XIII.

Lib. 9. cap. 16. pag. 920. Initio.

CLerum ad magnam obligari perfectionem, *CVIVS MEDIA EX SE NON OBTINET SECVLARIS.*

Cap. 19. pag. 943. & 944.

Medium illud, acquirendæ perfectionis, à Religione ſtatui Hierarchico dicam communicari, &c. vnde aſſentiri non poſſum Franciſco Hallier vniuersè dicenti, Religioſos *bene agendi materiam aliundè accerſere, & ab Epiſcopali munere decerpere*: quod de exercenda perfectione tantum debet intelligi: cum potius ex aduerſo *Epiſcopi à Religioſæ vitæ exercitijs,*

XIII.

L. 9. c. 16.

Clerum *dixi ad* magnam obligari perfectionem, cuius media ex ſe non obtinet Sæcularis. *Id autem dixi* comparatè *ſolùm, non* abſolutè *prout inſtituta diſputatio requirebat, aliudque nihil volui, quàm* Sæculares *ex ſe*, pauciora & minus efficacia *habere* media, *quam* Regulares, *propter vota Regularium, & quod horum ſtatus ſit ab impedimentis remotior, vt patet locum totum perlegenti pag.* 919. *Nam ſi* abſolutè *& non per comparationem loquendum eſt, AGNOSCO*

priuatam perfectionem quo diximus modo *accerſant*, &c. Equidem Antonium non video, aut Benedictum, Romualdum aut Macarium, ex Epiſcopalibus muneribus, ſanctitatem ſuam emendicaſſe.

CIRCA DICTVM Apoſtoli, Chriſto proprium, Religioſo applicatum.

XIV.

Ex lib. 7 cap. 6. pag. 583. Poſt medium.

CHriſti figuram Monachus exprimens graphice, nobis apparet *ſanctus*, *innocens*, *impollutus*, *ſegregatus à peccatoribus*, & POENITENTIBVS, vt Chriſtianæ legis Phariſæus, ***qui non habet neceſſitatem quotidie priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre***, & Deo, hominibuſque ſupplicare, *hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo*, & in Dei familiam inter Therapeutas tradendo.

Heb. 7.

Pag. 588. & 589. §. 3.

Pœnitens ab Eccleſia pœnæ addicitur, vt ſuis & proprijs peccatis veniam emereatur: At Religioſus non ſuis tantum, *ſed MAXIME ALIENIS ſatisfactionem impendit ſuam, & OFFENSAS SECVLARIVM AEQVALI*, quantum hominibus fas eſt, SVPPLICIO IN SEMETIPSO VINDICAT,

NVLLVM ESSE STATVM CVI NON SVPPETANT MEDIA NECESSARIA ET SVFFICIENTIA, AD OBTINENDAM EAM PERFECTIONEN, AD QVAM OBLIGATVR.

XIV.

L. 7. c. 6. §. 1.

Quod dictum Apoſtoli Chriſto proprium, applicaui Religioſo imitatori Chriſti, his verbis. Chriſti figuram Monachus exprimens, graphicè nobis apparet ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus & pœnitentibus, vt Chriſtianæ legis Phariſæus, qui non habet neceſſitatem quotidie prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, & Deo hominibuſque ſupplicare, hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo, & in Dei familiam inter Terapeutas tradendo. *In primis applicationes quaſdam frequentèr in ſanctis Patribus legimus; neque ſuperbum eſt Religioſos eum Chriſto conferre, cum Deum ipſum audiamus dicentem*, Sancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum. *Et Chriſtum.*

&c. Parum hoc erat, niſi & eam in archetypo innocentiæ Chriſto Domino conſecraret, *qui ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Propter quod Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* Quod exemplum imitati Religioſi, ſecularibus delicijs renunciant, humanæ conſuetudini valedicunt, in ſolitudinem Monaſteriorum ſeſe abdunt, Apoſtolica exhortatione confirmati. *Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes*, &c. Itaque cum *OMNIS RELIGIOSI ACTIO HIERARCHICA SIT*, ET PVBLICO ECCLESIÆ FACTA NOMINE, NON CONTEMPLATIO TANTVM & horarũ perſolutio, & ſacrificiũ gratiam diuinam meretur omnibus, SED ETIAM IPSE OPERVM LABOR, ET VITÆ DVRITIES, QVÆDAM PVBLICA SATISFACTIO EST, *PRO SECVLARIVM VITIIS*, acceptatione congrua diuinæ pietati oblata.

Heb. 9. Heb. 13. Ibid.

Eſtote ergo perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt; *Item.* Ego dixi Dij eſtis. *Et quod ſoli Chriſto conuenit, Eccleſia omnibus Confeſſoribus Pontificibus applicat:* Tu es Sacerdos in æternum.

Vt autem piè intelligatur locus ille, conſideranda eſt accuratius diſputationis cauſa & materia. Quæritur vtrum Monachi ſint inter pœnitentes publicos quos vidit vetus Eccleſia, qui erant lapſi & facinoroſi. Dico ſtatum Religioſum æquè puris & integris mentibus conuenire, & quamplurimos è Religioſis non tam ſua illa grauia facinora, quam mundi peccata lugere.

Dicitur ergo Monachus, perpetuo apud S. Dionyſium Epitheto, ſanctus. *Adiunxi per ſenſum accommodationis*, innocens, impollutus, *reſpectu Pœnitentium publicorum, de quibus differebam.* Segregatus à peccatoribus, (Publicis *ſcilicet*) Qui non habet neceſſitatem prius pro ſuis delictis offerre, & Deo ſupplicare, *hoc eſt, pro illis grauibus quæ ipſum faciant reum* pœnitentiæ publicæ: *hoc enim, ſi quid opus fuerat*, fecit ſemel offerendo ſeipſum in profeſſione, tanquam nouo Baptiſmo: *prætcritorum peccatorum veniam*

conſecutus, vt habetur paulò poſt §. 2. *p.* 587.

Nuſquam verò à me vel dictum, vel cogitatum eſt, Religioſum peccata non habere expianda, ob quæ Deo ſupplicare debeat; Imò dicto §. 2. *p.* 586. *expreſſè demonſtro, quomodo* Religioſa vita; ſit ſtatus pœnitentiæ. *Pono pronuntiatum Catholicum,* Omnibus æque hominibus, licet non æqualiter, neceſſariam eſſe pœnitentiam, *& in particulari, Religioſum dico pag.* 587. Flere commiſſa, & veniam à diuina pietate lacrymis extundere, ſibi & alijs. §. *item* 3. *pag.* 588. *refero* Pœnitentiæ Sacramentum frequentiſſimè in Monaſterio iterari, quod pro materia, ſaltem remotiore, peccata deſiderat, non illa lethalia & grauia, ſed leuiora ſaltem, ſine quibus à Iuſtis non viuitur.

CONTRA DIGNITATEM Epiſcopalem & Clerum.

XV.

Ex lib. 9. *pag.* 947.

EAdem eſt Gratiani ſententia, ad quem lectorem remitto, deprehenſurum CRIMINIBVS NONNVLLIS INFAMEM AB EPISCOPATV PROCVL HABERI, NON VI STATVS IPSIVS,

XV.

L. 9. c. 20.

D*Ixi in diſpoſitione ſufficienti ad capeſſendum Epiſcopatum, hominem* CRIMINIBVS NONNVLLIS INFAMEM. EXCIDIT EA VOX, *INFAMEM,*

SED

SED OPTIMO ECCLESIÆ INSTITVTO, eximiam quantum quidem fieri poteſt ſanctitatem in miniſtris ſuis exigentis.

Ex lib. 3. cap. 17. pag. 159. medio.

Dicant amabo aduerſarij, *Presbyter & Diaconus*, vi Ordinis quam accipiant iuriſdictionem? in quos? Qualem? Ordinariam an extraordinariam? ex officio, an ex commiſſione? Illi inquam *Presbyteri qui ad Templa mane totum expectant dum locentur ad Sacrum faciendum?* cui ius dicunt? cui imperant? in quam ſublimi throno reſident?

Lib. 5. cap. 15. pag. 346. poſt medium.

Ille veſter qui Miſſæ ſuæ operam locat auditoris quam magnus Imperator eſt?

Lib. 7. cap. 12. §. 3. pag. 630. in medio.

Regulares aſſero vita, moribus, Inſtitutis, *ad Eccleſiam* non habentem maculam neque rugam, & ſanctiſſimos eius Canones, *propiùs, quam ſeculares Clericos accedere; in Religioſorum Clauſtris, diſciplina, conſtitutionibus, aio veteris Eccleſiæ ſanctitatem, Canonum obſeruantiam, Concilijs donatum cælitus ſpiritum, puriùs nobiliuſque quàm apud reliquos in ſeculo Clericos cuſtodiri.* Meus INCOGITANTI, *quam deleri volo, & reponi* (criminum quorumdam occultorum reum) ab Epiſcopatu remoueri: non vi ſtatus, ſed Eccleſiæ inſtituto. *Quod nolim ſic intelligi, quaſi ſpectatâ ſtatus Epiſcopalis dignitate, ſumma comparari non debeat innocentia, & perfectio, vt quis ritè decenterque conſecretur; vt oſtendi eodem c. pag. præcedenti 946. Verum id ſcripſi, ne quis arbitretur, ita neceſſario ad Epiſcopatum afferri debere innocentiã, vt ſine illa criminis alicuius etiam occulti reus, validè conſecrari non poſſit, quod veritati repugnat & fidei.*

Tantum porrò abeſt vt depreſſam vllâ ex parte, in meâ doctrinâ velim Epiſcopalem dignitatem, poteſtatem, & ſanctitatem, vt ſanctè poſſim affirmare, eam mihi ſemper mentem fuiſſe, eorum poteſtatem & amplitudinem demonſtrare, & quam ipſe veneror, alijs venerandam proponere: Quem ſenſum in eo Ordine cui Deo auctore deſeruio, religiosè conſeruari, & commendari admonui lib. 5. c. 25. pag. 444. Idem ſuo modo, de Clero Seculari iudicium ferri cupio, quem ex animo ſemper colui & honoraui; Quodque in commendationem ſtatus Regularis attuli, id in Clericorum Secularium

hic campus eſt: Expecto ſi quid contra audes.

Lib. 7. cap. 16. pag. 920. & 921.

Non iniuria quis poſſit dicere, *ſcriptas olim Clericis leges, à Religioſis accuratè ſeruari, quoniam illi de Religioſis facti ſunt ſeculares*, hi ſuis conſtricti regulis permanſerunt. Itaque in eodem vterque ſtadio currimus; ego ſolus, expeditus, alacer, *nuſquam à ſacra linea deflexus*, inter adhortantium fauores, plauſus æqualium, ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ vocationis: tu oneribus degrauatus, curis ſecularibus impeditus, turbarum frequentia retardatus, incertus viæ, ignarus periculi. Eandem vterque munditiem iubemur procurare: Ego ab omnibus rerum externarum ſordibus remotiſſimus, tu in luto & pice toto corpore volutatus. Ad eandem vterque pugnam ab iiſdem hoſtibus prouocamur; Ego fidelibus munitus armis, & vndique cataphractus progredior in campum, vim hoſtis habeo cognitã, artes perdidici, raro victus, ſæpe victor euaſi: tu latus nudas, cauere neſcis, ſæpe proſtratus, vulneribus exhauſtus, *vix vt poſſis ſperare, victoriam*: Ad idem in cœlo præmium inuitamur vterque: Ego callem obſcurum rimatus, viâ tenui & aſperâ, cum *depreſſionem referri nolo, cum ſua vtrique ſtatui, ſine altervtrius contemptu conſtet in Eccleſia dignitas, & coram Deo meritum.*

Quare lectorem in præfatione atque iterum in libri concluſione precatus ſum, & rogare nunquam deſinam ne contentionis & æmulationis, ſed charitatis ſtudio, ad hoc opus accedat. Et ſi quæ nonnunquam occurrent, verbis potius quam ſenſu & animo meo duriora, quod in illo ſcriptionis contentioſæ genere difficile eſt penitus euitare, Charitas quæ non cogitat malum, toleret. Interim, donec ipſe aliquando, ſi Deus dederit, in ſecunda editione recenſeam & mitigem. Actum Pariſiis anno 1641. die 29. Maij. Ludouicus Cellotius Soc. IESV.

Cum ſyngrapha.

166

paucis, ad anguſtam portam erepo, illa ſubeo nudus veſtibus, ieiunijs extenuatus, pœnitentiæ laboribus & lacrymis penè eliquatus; tu bene curato corpore, ſplendidè veſtitus latâ viâ, in multorum conſortio, ridens & hilaris, eo putas peruenire?

Cap. 23. *pag.* 960. *&* 961.

Qui Religionem vouet, ſuum ſibi quærere bonum, ſuam optare perfectionem, Deo pro peccatis ſuis ſatisfacere, ſecularium omnium curarum, bonorumque ſplendorem negligere, *abiectus eſſe in domo Dei ſui eligere, ſuam ſalutem cum timore & tremore operari velle cenſeatur. Quod in Epiſcopali munere non facilè aſſequetur*, vbi radios infularum, throni celſitudinem, viſcus diuitiarum, adulationem aſſeclarum, epularum lautitiam, veſtium delicias reperturus eſt; & vt hæc omnia generosè abdicet, TOTVS ALIORVM, *TOTVS SVBDITORVM HIERARCHA ERIT, neque ſe, niſi velut ſecundariò, & penè dicam indirectè, perficiet.*

Pag. 965.

Omnes, & omnia, & ipſam *Eccleſiam falli oportet, ſi melius in Religione quam in Epiſcopatu nihil eſt*, &c. Itaque cum omnia facundiæ cuiuſlibet vela fuerint expanſa, cum linguis hominum & Angelorum, ſtatus Epiſcopa-

lis penè ſupra quidquid in cœlo & terra humanum eſt iure fuerit elatus, hoc tantum ſubijciam. *Atqui ab illo venitur ad Clauſtrum.*

EXTRACTVM ex monumentis Sacra Facultatis Theologiæ Pariſ. per me infrà ſcriptum Maiorem Apparitorem & Scribam eiuſdem, in quibus huiuſmodi excerpta ſimul & ipſum Declarationis autographum Authoris manu ſubſcriptum aſſeruantur, die 15. *Iunij* 1641.

DE MANDATO DD. DECANI ET MAGISTRORVM PRAEFATAE FACVLTATIS SACRAE THEOLOGIAE PARIS.

PH. BOVVOT.

Case Wing fol. Z 144 .A1 v.1 no.44 dupl.

THE NEWBERRY LIBRARY